Hyperboreus 20:1–2 (2014) 137–138

DE EPIGRAMMATE COO AETATIS CLASSICAE

Bernardo Seidensticker
epigrammatum Graecorum amatori subtili
Inscriptionum Graecarum patrono nobili
septuaginta quinque annos nato

Epigramma saeculi IV a., ut fertur, quod a. 1888 in demo Coo Isthmiotarum invenit W. R. Paton supra fenestram domus cuiusdam privatae in vico *Kefalos* sitae inaedificatum, post Patonem, qui solus vidit,[1] hoc modo dedit Hansen:[2]

> [¯ ˘ ˘ ¯ ˘ ˘ ¯ . . . . .] Καλλίστρατε παιδί τε καὶ σο[ὶ] /
> [¯ ˘ ˘ ¯ οὐ γάρ] τις ἐρίζετό σοι δέμας ἀστῶν.

Corpus inscriptionum Coarum praeparando mihi non solum contigit, ut ectypum vetus (Patonis, ut videtur), quo pars media redditur, inter Herzogiana reperirem (fig. 1), sed etiam alteram partem eiusdem monumenti,[3] scil. marmor rectiangulum a dextra et a tergo fractum, a. 0,105, l. 0,51, cr. 0,57, a sinistra et supra anathyrosi instructum (fig. 2), quod alteri lapidi a dextra adiungendum esse patet. Litterae pulcherrimae, a. 0,02–0,025, et στοιχηδόν dispositae plane sunt saeculi V a.,[4] et ipse ergo titulus perpaucis illis adnumerandus, qui sunt synoecismi Coorum a. 366 a. facti anteriores.[5]

Carmen sepulcrale elegiacum hoc modo legitur:

---

[1] Paton, Hicks 1891, n. 420: "Built into a house in the village. Broken on the left. Height 12 cm, length 63 cm. Fine white marble".

[2] Hansen, *CEG* II 705.

[3] Originis ignotae; asservatur nunc Coi in castello, iuxta introitum, sub divo.

[4] Verum est iudicium Patonis: "probably the oldest extant inscription from Cos", falsum quod Sherwin-White 1978, 472 censuit ("saec. IV/III a.").

[5] Segre 2007, n. 834 (*SEG* LVII 799), carmen sepulcrale fin. saec. VI a.; accedit nunc carmen alterum in pago Halasarnitarum inventum, quod editura est G. Kokkorou-Alevras.

s. V a. [¯ ˘ ˘ ¯ ˘ ˘ ¯] Καλλίστρατε, παιδί τε καὶ σο[ὶ] ⁝
κοινὸν ἐπέστησαμ μν[ῆμα ˘ ¯ ˘ ˘ ¯]
[¯ ˘ ˘ ¯ οὐ γάρ] τις ἐρίζετό σοι δέμας ἀστῶν ⁝
οὐδ᾽ ἀρετήν, ὦ παῖ Κ̣λεωνυ̣ ˘ ¯ ˘ ˘ ¯.
vacat

Legit sin. Paton, dex. Hallof ‖ 1 [εἰκόνα τάνδε καλάν], Peek (in sched.) ‖ 2 [οὐ γὰρ σωφροσύνην] Hallof, οὐ γάρ] τις M. L. West apud Hansen; [δᾶμος ἀνέστασεν·] τίς Peek.

Apparet carmen non e duobus hexametris, sed e duobus distichis elegiacis compositum esse, singulo in uno quoque versu scripto, ut erat mos vetus sollemnis. Separati sunt hexameter et pentameter interpunctione e tribus, ut videtur, punctis facta, cuius reliquiae v. 1 in primo spatio lapidis dextri recognoscuntur; eadem interpunctio in altero versu fractura hausta est.

Hoc carmine laudatur Callistratus quidam, qui fortasse erat filius Cleon– –.[6] Nomini eius συνίζησις subest ut metro aptetur; inter nomina Coa hucusque nota maxime placet Κλεωνυμίδα. Callistrato et puero (filio) eius sepulcrum commune erectum est nescio cuius auctoritate.

Klaus Hallof
Berlin-Brandenburgische Akademie der Wissenschaften, Inscriptiones Graecae

hallof@bbaw.de

Conspectus librorum

P. A. Hansen, *Carmina epigraphica Graeca saeculorum VIII–V a. Chr. n.* (Berolini – Novi Eboraci 1983).
W. R. Paton, E. L. Hicks, *The Inscriptions of Cos* (Oxford 1891).
W. Peek, *Griechische Vers-Inschriften* (Berlin 1955).
M. Segre, *Iscrizioni di Cos: Epigrafie funerarie* (Roma 2007).
S. M. Sherwin-White, *Ancient Cos* (Göttingen 1978).

A newly found fragment may be added to a Coan funerary inscription (no. 20 Paton – Hicks). The inscription consists of two elegiac distiches and dates from the Classical period.

К надгробной надписи с Коса (№ 20 Paton – Hicks) добавляется вновь обнаруженный фрагмент. Надпись состоит из двух элегических дистихов и датируется классической эпохой.

[6] Si vero de casu genetivo cogitandum est, ut e.g. Peek, *GV* I 1508 14 ὦ παῖ Τασκομένους.

Fig. 1

Fig. 2

CONSPECTUS

Carmen natalicium 5
Vorwort 7

WOLFGANG RÖSLER
Die Hikesie des Phemios und die Bedeutung von αὐτοδίδακτος in der *Odyssee* (22, 344–353) 11

THERESE FUHRER
Teichoskopie: Der (weibliche) Blick auf den Krieg 23

GERSON SCHADE
Archilochus, 196a *IEG*^{2} 42

NINA ALMAZOVA
When Was the Pythian Nome Performed? 56

MICHAEL GAGARIN
Aeschylus' Prometheus: Regress, Progress, and the Nature of Woman . . . 92

OLIVER TAPLIN
A Couple of Conjectures that Point to Hands in Sophocles 101

VICTOR BERS
"Dame Disease?": A Note on the Gender of Philoctetes' Wound 105

JENS HOLZHAUSEN
"Fürchten oder Lieben?" Zu Sophokles, *Oidipus Tyrannos*, Vers 11 109

PATRICIA E. EASTERLING
Σεμνός and its Cognates in the Sophoclean Scholia 120

ISTVÁN BODNÁR
A Testimony of Oenopides in Pliny 126

KLAUS HALLOF
De epigrammate Coo aetatis classicae 137

RALF KRUMEICH
Silen und Theater. Zu Ikonographie und Funktion des betagten Halbtieres in der attischen Vasenmalerei des 5. Jhs. v. Chr. 139

ALEXANDER VERLINSKY
Lysias' Chronology and the Dramatic Date of Plato's *Republic* 158

NORBERT BLÖSSNER
Platons Demokratiekapitel (Pl. *Rep*. 555 b 4 – 562 a 3) und das sokratische Argument 199

Статьи сопровождаются резюме на русском и английском языке
Summary in Russian and English

BERND MANUWALD
Bürger als politische Akteure. Überlegungen zur allgemeinen Politikkompetenz bei Platon und Aristoteles 225

ECKART E. SCHÜTRUMPF
Aristotle on the Philosophical Nature of Poetry. The Object of *Mimesis* According to *Poet.* 9 244

WIDU-WOLFGANG EHLERS
Libertino patre nati 274

DENIS KEYER
Venimus ad summum Fortunae: Prosperity and Flourishing of Arts in Horace (*Epist*. 2. 1. 32–33) 279

ALEXANDER GAVRILOV
Who Wrote the *Encheiridion* of Epictetus? 295

FRITZ FELGENTREU
Κτῆμα ἐς ἀεί. Überlegungen zu Eigentum und Historiographie in den Plinius-Briefen 317

CARLO M. LUCARINI
Emendamenti a Svetonio 331

PETER HABERMEHL
Origenes' Welten Frühchristliche Kosmologie im Spannungsfeld zwischen Platonismus und Heilsgeschichte 350

ELENA ERMOLAEVA
A School Ancient Greek Epic Parody from Kellis 370

REINHART MEYER-KALKUS
Deklamation im antiken Theater und im 18. Jahrhundert. Die Re-Interpretation von Melopoie und Rhythmopoie durch Abbé Dubos und Gotthold Ephraim Lessing 383

STEFAN REBENICH
Eduard Schwartz und die Altertumswissenschaften seiner Zeit 406

DANIEL P. TOMPKINS
What Happened in Stockholm? Moses Finley, the Mainz Akademie, and East Bloc Historians 436

Bernd Seidensticker Schriftenverzeichnis 453

Hyperborei vol. XI–XX conspectus 462

Hyperborei vol. XI–XX auctores alphabetico ordine dispositi 472

Key Words 481

Правила для авторов 484
Guidelines for contributors 486

GEFÖRDERT DURCH EINE ZUWENDUNG DER FRITZ THYSSEN STIFTUNG